



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 77. Philippi III. Hispani Regis epistola ad Oratorem suum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

propugnandam suscepit, argumento potissimum quæsito ex libro decimo nono S. Augustini de civitate Dei cap. 13. circa quem locum acrior inter ipsum & Lemosium disceptatio incaluerat, tandem Patre Valentia capitis vertiginem patiente, ac Societatis Generali desuper Pontificem monente soluta est Congregatio, in cujus judicio die prima Mensis Octobris Censores hanc Molinæ propositionem S. Augustino esse contrariam decernebant, reluctans Aquilano, Plumbino & Bovio: Interim omni ferme momento Gregorii Valentia infirmitas ingravescere videbatur; erat enim longius protracto disputationum labore, nimia contentione, nocturnisque vigiliis, necnon Romani aeris, victusque insalubritate fractus: unde jam in undecima Congregatione tantopere defecerat, ut Papa illum inter disputandum sedere pro imperio adegerit, tandem vero viribus lenta phthisi accisis Neapoli, quo ad eas cæli salubritate reficiendas ex Medicorum consilio concesserat, die vigesima tertia Aprilis anno sequenti obiit.

Sæc. XVII.
A. C. 1602.

Juven. hist.
Soc. l. 24. p. 5.
Meyer l. c.
Alegambe
Bibl. Script.
S. J. Acta
Coronell.
Thom.
Triumph.
a. 6. §. 6.
Apol. a. 20.

§. LXXVII.

Philippi III. Hispani Regis epistola ad Oratorem suum.

N 3

Quam-

Sæc. XVII.
A. C. 1602.

Quamprimum de Patris Valentia[m] morbo die nona Octobris Sessæ Dux Hispaniæ Regem, cujus apud Pontificem Orator erat, certior[m] reddiderat, Philippus disputationem talem intercurritur, ad eundem epistolam ex Turin Syllana die tertia Decembris perscriptam his conceptam verbis: *Summa autem voluptate, ex Epistolis tuis datis die nona Octobris, didici, Sanctitatis suæ studium expendenda Divinorum auxiliorum Controversia, necnon futurarum disputationum argumenta, propria ipsius manu scripta quæ Consultoribus, ac Disputantibus, transmissit. Et quidem tantæ necessitatis definitio est, tantique momenti præsentium Controversiarum iudicium Apostolicum, ut nihil magis. Idcirco sancte et Religiose in finiendis a Sanctissimo Patre labor impenditur. Nomine itaque meo suæ Sanctitatis significes, negotium hoc omnino urgendum esse, nec inde manum retrahendam, donec ex integro conficiatur, imo etiam quævis data occasione, idem ipsi in memoriam vocare meque identidem moneas, quo loco res constitutæ sint. Donec enim rem plane confectam videro, irrequieta sollicitudine cruciabor.*

§. LXXVIII.

Congregatio XIII. et XIV.

Pol.